

TO UUDGIVNE ARBEJDER AF NICOLAUS STENO
FRA BIBLIOTECA LAURENZIANA

AF

VILHELM MAAR

I Biblioteca Laurenziana i Florens findes to tykke Haand-skrifter i stort Kvartformat indeholdende talrige aldrig offentliggjorte Skrifter af Nicolaus Steno. Alle er de af religiøst Indhold, snart Prædikener, snart Opbyggelsesskrifter, snart Forfatterens Bekendelser, snart rent rituelle Anvisninger o. s. v., af højst forskellig Værdi. Rimeligvis er Stenos efterladte Papirer, ligesom hans Lig, umiddelbart efter hans Død (1686) blevne ført fra Schwerin til Florens, hvor man saa har besørget dem afskrevne. Disse Afskrifter, udførte af Hippolytus Noferus, opbevares, som nævnt, i Biblioteca Laurenziana. Originalerne kendes ikke.

Det er to af de nævnte Skrifter af Steno, der her første Gang offentliggøres, to Skrifter, der hver for sig er af betydelig Interesse for Forstaaelsen af deres Forfatter. De findes begge i samme Bind: *Stenonis Nicolai Opera. Medic. Palat. 36.* — Det første af dem bærer Titlen: *Auctor enumerat suas culpas, et de ipsis petit misericordiam a Deo*, og optager Siderne 382—396. Dette Skrift stammer (se Side 321) rimeligvis fra den allersidste Tid af Stenos Ophold i Hamborg (efter 30. Maj 1685). Dets Indhold angives tydeligt nok af dets Titel. Det andet af de to Skrifter, der er betegnet *Sermo XL* og optager Siderne 272—285, er efter al Sandsynlighed ældre, idet det

er meget lidt rimeligt at antage, at Steno, saadan som Livet formede sig for ham under de to lidelsesfulde Aar i Hamborg, har haft Lejlighed til at forfatte og Tid til at nedskrive vel-ordnede Prædikener. Det maa temmelig sikkert stamme fra en tidligere Tid, fra de Aar, da Steno virkede som Biskop i Hannover (1677—1680) og Münster (1680—1683). Paa denne Formodnings Rigtighed tyder ogsaa selve Prædikenens Indhold. Medens Steno nemlig senere hen kom saa langt bort fra Naturvidenskaberne, at han endog betragtede den Tid, han havde anvendt paa dem, som spildt, mærkes Videnskabsmanden, ganske særligt Geologen, Nicolaus Steno i hver Linje af Skriften. Det er netop denne Omstændighed, der giver denne Prædiken dens særlige Interesse, og den maa læses i Tilslutning til Stenos eneste rent geologiske Arbejde¹; den betegner det næste Skridt i hans Udvikling, et Skridt tilbage — eller frem.

De to Skrifter er kopierede med meget ringe Omhu, og ikke alene er Tegnsætningen og Ortografien inkonsekvente og ofte fejlagtige; men selve Teksten indeholder ikke sjældent virkelige Fejl. I denne Udgave af de to Skrifter er Tegnsætningen og Ortografien rettede samt Forkortelserne opløste. Hvor det drejer sig om mere væsentlige Rettelser, er de angivne under Siderne.

Det første af Skrifterne har A. D. Jørgensen kendt i Afskrift (af J. L. Heiberg) og benyttet ved Udarbejdelsen af sin Bog: Nils Stensen. København 1884. Se Siderne 151 og 189 samt Noterne dertil.

De vigtigste Kilder til Oplysninger om Steno i de Aar, hvorfra de to Skrifter stammer, er, foruden hans egne Skrifter: *Domenico Maria Manni, Vita Del Letteratissimo Monsig. Niccolò Stenone.* In Firenze 1775.

¹ *Nicolai Stenonis De Solido Intra Solidvm Natvraliter Contento Dissertationis Prodromvs.* Florentiae 1669. Paa Dansk: *Nicolaus Steno, Foreløbig Meddelelse Til En Afhandling Om Faste Legemer, Der Findes Naturlig Indlejrede I Andre Faste Legemer.* København 1902.

Wilhelm Plenkers S. J., Der Dæne Niels Stensen. Freiburg im Breisgau 1884.

For megen værdifuld Hjælp især m. H. t. Oplysninger, der kun vanskeligt eller sletikke kan skaffes til Veje i vore offentlige Biblioteker, beder Udgiveren Hr. Pastor METZLER, S. J., modtage sin bedste Tak.

Auctor enumerat suas culpas, et de ipsis petit
misericordiam a Deo.

Peccata mea¹ contra me sint semper, juste Judex, cui nihil est vel manet occultum, qui nihil relinquis inultum, qui scrutaberis Hierusalem in lucernis², quando justias judicabis³, quid dicam? Et quid respondebo tibi, cum pones mihi ante oculos, quot tuę gratię luminibus, quot motibus defuerim imperfecte utendo, differendo, rejiciendo, pervertendo, quoties neglexerim, quo decet modo petere, quem promisisti te daturum potentibus te spiritum bonum, cum tamen sciverim, me sine illo nihil posse. Quo factum est, ut mea culpa eguerim⁴ spiritu necessario ad singula dicta, facta, cogitata recogitanda, ad tibi gratias perpetuas agendas, ad fruendum tua semper presentia, semper in te solo memoriam, intellectum, voluntatem occupando, ad tuum in omni actione petendum consilium, ad mei status obligationes agnoscendas et exequendas in omni occasione; vel cum habuerim ad hęc omnia spiritum sufficientem, eo uti neglexerim et sic casu sequutus fuerim et sine consideratione 1°. Torrentem consuetudinum in motibus incompositis pedum, manuum, capitis, oris, oculorum, corporis totius eundo, sedendo, decumbendo, in defectibus ordinariis in sacro, in divino officio, lectione spirituali, examine generali et speciali, hebdomadali, menstruo, annuo, confessione, visitando templo sanctissimo,

¹ Ps. LI 5.

² Zeph. I 12.

³ Ps. LXXV 3.

⁴ M. S. enumerim.

B. Virgine et Sanctis, in p^{enitentia}tiis, orationibus devotionis.
2°. Quod sequutus fuerim mutationem occasionum externarum ad varia audienda, videnda, credenda, dicenda otiosa, promittenda, cogitanda, diu et s^epius judicanda, adeunda, legenda, scribenda, facienda. 3°. Impetum motuum internorum in affectu, aversione, impatienti^e variis actibus ad declinandam confusionem, offensionem, dolorem frigoris et p^{enitentia}ti^e, incommodum vigilandi, mane surgendi vel noctu vel alio tempore, in judicando sinistre, exonerando in aures aliorum molesta mihi, in distractionibus tempore sacri, officii, examinis, aliarum diurnarum rerum, unde status mei interni et mearum obligationum ignorantia et negligentia, et ego totus plenus imperfectionibus et vitiis. Utinam non casui fatali proximus; qui in munere tam periculo adeo secure sine consideratione, sine consilio pergo, et propter bonum minus s^epius majus et propter liberum obligatorium negligo, adeoque mea culpa tot anim^e in peccatis venialibus et mortalibus, in p^{enis} temporalibus vel eternis. Dum ita deficio in spiritualibus et negligo solita, non accipio robur et arma in illis obtinenda contra necessitatem, non tangor miseriis meis et proximi spiritualibus zelo divin^e offense, non memor divinorum benefiorum, malefaciendo, que ex necessitate vel alias facio, iram Dei multiplico, dum veluti casu regor, et ad plura dilabor, corpus et animam destruo, alienis obruor. Dum vocarer ad fidem, quot occasiones veritatis agnoscend^e rejici, obiter, frigide tractavi? Et que serio tractavi, quam inconstanter? Accepta gratia quam parum gratus? Primum Te Deum quam frigide? Ipsa fidei professio quali statu exterioritatis, qualibus argumentis contra respectus humanos? Quam superficialis preparatio ad primam confessionem? Ipsa confessio quam imperfecta? Quam negligens in discenda et meditanda doctrina christiana? Quam tardus ad reducenda in praxim sanctissima consilia p. spiritualis? Quam præsumptuosus in persuadendo mihi, quod ab ipso dicta jam tum intellexissem, cum vel modo vellem, eadem exercere scirem?

Primo biennio et dimidio post conversionem¹ quam tenaciter inhæsi curiosis et vanis? Desideravi publicationem meorum scriptorum de rebus naturalibus. Qualia de examinatoribus librorum judicia? In itinere Romam negata eleemosina, in Neapolitano, in reliquis locis, Vienna, Praga, Amstelodami. Reversus Italiam² quomodo afficiebar hospitii splendore, quam durus in exercitiis, quam parcus in exercendis propositis et tepidus? Dum redirem in Patriam³, quam tepide, quam timide, quam parum interior? Quoties ad mensas magnatum a regula cibi et mensæ defeci? Quam liberalis in me Deus, quam ego ingratus in Deum? In circumstantiis disponentibus ad sacerdotium quoties defui gratiæ Dei? Exercitia dispositura ad sacerdotium quam tepide et distracte feci? Qualis ratio non adeundi Congregationem s. Pauli et s. Salvatoris⁴? Circa

¹ Stenos Omvendelse til Katolicismen fandt Sted 2. November 1667. Hans Bog *De Solido Intra Solidvm Naturaliter Contento Dissertationis Prodromvs* udkom i Begyndelsen af 1669. Han havde samlet et meget betydeligt Materiale til, hvad der skulde være blevet hans geologiske Hovedværk, han arbejdede nogen Tid videre herpaa, men opgav det saa, og hans Optegnelser gik tabt uden at være blevne benyttede af ham eller andre.

² Steno begav sig paa Vejen hjemad til Danmark, hjemkaldt af Frederik III, i Slutningen af 1668. Han drog dog først sydpaa til Rom og Neapel, hvor han var i November, derpaa mod Nord over Venedig til Innsbruck, hvor han opholdt sig i Maj og Juni (1669) og sandsynligvis længere; i August var han i Wien, og rimeligvis først om Foraaret 1670 naaede han Amsterdam. Herfra drog Steno imidlertid ikke til Danmark, dels fordi han vel ikke var sikker paa, hvorledes han som Katolik vilde blive modtaget efter Frederik III.s Død ($\frac{2}{3}$ 70), dels fordi man ønskede hans Nærværelse i Florens, hvor Ferdinand II var blevnen alvorlig syg. Steno vendte derfor fra Amsterdam tilbage til Florens, hvor han denne Gang blev to Aar (Sommeren 70 til Sommeren 72).

³ Steno opholdt sig i Danmark fra Juli 72 til Juli 74.

⁴ Sandsynligvis havde Steno tidligere følt sig kaldet til Ordensstanden, men ikke fulgt denne indre Stemme. Kun saaledes kan det forstaas, at han anklager sig for, at han ikke har sluttet sig til de nævnte to Kongregationer. Den h. Paulus' regulerede Klerikeres Kongregation (*Clerici regulares S. Pauli decollati*) blev stiftet 1530 i Milano af Antonius Maria Zaccaria samt Praesterne Barth. Ferrari og Jac. Ant. Morigia. Clemens VII stadfaestede $\frac{18}{2}$ 1533 de saakaldte Paulaneres Kongregation. Efter deres Kloster St. Barnabas fik de senere Navnet Barnabitter. Deres Formaal var

instructionem Principis¹ quot defectus preparationis, quam imperfecta attentio presentis, quot humani respectus, quod sepius non attenderim in celebrando ad omnium preparationem, sordes² pallarum et corporalium, nisi postea cum non esset mundandi locus, nec ad nitorem aliquorum paramentorum attenderim? Inde vocatus ad suffraganeatum³ qualiter in itinere, dum salutarem Principes? In primo Dioeceseos intermedie ingressu quam exterior, quam inordinata omnia, dum ibi haberem? Ingressus Dioecesis suffraganeatui destinatam quam superficialiter preparavi? Dum Coesfeldie morarer, in primis cum Principe alloquiis qualia judicia, qualia auguria? In conferendo sacramento Confirmationis quot neglecte regulæ, quod non ex prescripto s. Caroli Borromei⁴

Sjælesorg, Ungdommens Undervisning og Mission blandt Kætterne. De klædte sig som almindelige Verdenspræster og aflagde det særlige Løfte ikke at stræbe efter kirkelige Værdigheder udenfor Ordenen, og ikke at modtage et tilbuddt Embede uden Pavens Tilladelse. De findes endnu i Italien, Østerrig, Frankrig og Belgien. — *Anacl. Sicco et Val. Madii Synopsis de Clericorum Regularium S. Pauli decollati institutione. Mediolani 1682.*

St. Salvators Kongregation i Bologna blev stiftet 1408 af Stefan af Cioni fra Siena. Efter dens første Kloster, S. Maria del Reno, kaldtes Medlemmerne Renani, efter andre Kloster: del Lago, Scopettini, in Selva o. s. v. 1418 blev Renanerne forenede med Ambrosianerne, 1823 med de lateranensiske Korherrer. I Italien alene havde Kongregationen tidligere 42 Kloster. — *J. B. Lignius, De ordine et statu canonicorum s. Salvatoris. Bononiae 1648.*

¹ Cosimo III.s Søn Ferdinand. Han døde 1713, ti Aar før Faderen.

² Utydeligt i M. S.

³ I 1675 blev Steno præsteviet, i 1677 fik han Titel af Biskop af Titiopolis (in partibus infidelium), og fra November 77 til Foraaret 80 levede han som apostolisk Vikar for Nordtyskland og Skandinavien i Hannover, men maatte forlade dette Sted, da den katolske Hertug Johann Friedrich døde (1681/2 79) og efterfulgtes af sin protestantiske Broder Ernst August. Steno tilbragte de næste tre Aar (til 1683) i Münster som Suffraganbiskop for Biskop Ferdinand af Fürstenberg. Efter dennes Død drog han til Hamborg.

⁴ Carlo Borromeo (1538—1584) blev allerede i en Alder af 22 Aar ved sin Onkels, Pius IV.s, Yndest Kardinal og Ærkebiskop af Milano. Han interessererde sig dengang navnlig for Literatur og Videnskab, men blev pludselig stærkt religiøst grebet og lod sig hemmelig præstevie mod sin Families

inseruerim¹ examina, quod non citius et ad omnes mandata sit instructio? Quot admissi indigni in magno hominum confluxu quam precipitato? Qualibus ibi manum imposui Abbatibus, sacerdotibus, subdiaconis? Qualibus primam tonsuram contuli? Quot ibi neglecte regulę in examine? Quot ex illis modo abutuntur beneficiis, prophanant altaria, occidunt animas? Quot boni manent² exclusi, admissis mea culpa indignis? Quare non ipse feci conciones episcopales? Quot alię omissę conciones? Quot omissę visitationes? Circa capitulum, cuius ego Decanus, quod passus³ capillitium, quod non attenderim ad frequentiam chori; circa visitationem parochiale quod distulerim, nec ipse per me ipsum totam absolverim visitationem; quod non studuerim, ut parochiani discant Deum agnoscere, prævia quid agendum, quid pro pueris in scholis, quid pro famulis, pro provectis? In confessionali aliquoties superficialis et præceps propter somnium, frigus, alias impatientię causas, in quibusdam absolvendis nimis facilis, in audiendis confessionibus vigor oculis, non attendo tota attentione, sine ulla præparatione. Quod non convocaverim sacellanos, non ludimastros, non adhibuerim possibilem diligentiam tollendis occasionibus odiorum, impuritatum, superbie, injusticie. Quod non fecerim instructionem patrum familias, non aliquam curam catechismi qua monialium ejusdem Parochię visitationem et clausuram. Quoties monenda non cum Deo prius per varia misericordię, pietatis et paupertatis opera tractavi, sed vel ut

Vilje. Derefter søgte han med den største Nidkærhed at hæve Præstestandens Anseelse i sit Ærkebispedømme og at reformere den ham underlagte Gejstligheds Liv og Sæder. Herimod mødte han stærk Modstand, og der blev endog af tre højere Gejstlige gjort Forsøg paa at draebe ham. Mod de reformerte gik han voldsomt frem og benyttede Inkvisitionen med Strenghed. Under Pesten i Milano i 1576 var han meget virksom for at hjælpe de syge og gjorde sig i høj Grad elsket. Han blev kanoniseret i 1610. Steno tænker ovenfor sikkert paa hans *Instructiones pastorales*.

— *Harduini Conciliorum Collectio Regia Maxima*. Parisiis 1714. Tom. X.

¹ M. S. inserim.

² M. S. manet.

³ M. S. parsus.

desperata intermisi, vel minus discreto modo, minus opportuno tempore tractavi? Si qua mea culpa non ceptum, quod a Celsissimo fuerat ordinatum, Concilium Ecclesiasticum. Quid non potuissem in examine pro concursu præstissem, si me serio applicuisse, saltem ad¹ detegenda, quæ non conformia Concilio Tridentino? Fui primus inter deputatos pro synodo; forsitan et hic debuissem serio plura tractasse. Quid non præstissem, si consuluisse² Deum de bene utendo illis cooperatoribus ibi præsentibus, vicariis, aliis episcopis? Quot ergo alienorum particeps ego circa cultum Dei in choro cathedralis, Collegiarum, aliarum Ecclesiarum, circa curam animarum, Disciplinam Ecclesiasticam, multiplicitatem beneficiorum, simoniam Ecclesiasticorum, conversationes periculosas, scandala publica certarum personarum, quod nemo magis obligatus quam ego monere Principem ob communem characterem, ob juramenti Episcopalis obligationem? Quid non obtinuisse pro bono Diœcesis apud Principem, si eo principaliter direxissem certas devotiones? Quid non apud Decanum summè ędis? Mea culpa non mature cepta congregatio clericorum, non congregatio Parochorum propter pusillanimitatem, non perspecta impedimenta congregationis clericandorum et visitationis. Quid circa reformationem processionum non præstari potuisset? Debuisse tempore publicę orationis instituisse unam. Commissiones³ neglecte circa Bibliopolium in utraque causa Dulmaniensi⁴, in aliis mea culpa visitatio in Embslandicis⁵ dilata; pusillanimitate mea non continuatę ceptę visitationes. Quid non præstissem, saltem conari debuisse ad præservandas aliquas animas a communicatione cum ista electione per conciones, per visitationes privatas, per literas, per opera pietatis, misericordię, penitentię? Debuisse ipse sacrum celebrasse

¹ Mangler i M. S.

² M. S. consulisse.

³ M. S. Commisiones.

⁴ Dülmen, By i Westfalen, ca. 30 km. sydvest for Münster.

⁵ M. S. Erubslandicis.

præmissa publice hac protestatione, quod facerem illa intentione, ut benedicat omnibus, qui dederint votum ex favore, spe remunerationis, ex condicto. In discessu præcipitatus exitus impedivit varia, quæ debuisse ordinasse; ita toto illo tempore externus in via non pro gravitate cause internam compassionem excitans Iburgi, Osnabrugæ, Mindæ, Hannoveræ, Cellis. Primus in urbem¹ hic ingressus in scribendis primis Romam duabus literis² ratione mei et electionis non adjunctæ meæ omissiones in præveniendis illis malis, non studium excitandi compassionem de miseriis publicis nec penitentiam de meis omissionibus. Licet sepius stimulatus veram parvulorum sollicitudinem distuli, reconciliationem dissidentium neglexi, non monui omnes, quæ inciderant monenda, et needum id ago. Licet sepius intrinsece stimulatus novenam³ ante natalem omisi; designatas visitationes instituendas per octavam⁴ sanctissimi sacramenti non institui, nec, quas alias proposui visitare, visitavi.

In Vicariatu Hannoverano inobedientia ratione consilii v. s. P. quoad studium certorum librorum et rerum Ecclesiasticarum. Inobedientia versus N. quoad missionariis mittendas questiones, instituendas altarium et cemeterii visitationes, singulare studium missionum septentrionalium, reliquorum vicariatuum curam et studium, quoad sermones et conciones non illico, non constanter. Non habitum consilium Beatæ memorie Sfondrati⁵ circa literas Pastorales. Quod irreverenter assisten-

¹ Sandsynligvis Hamborg, hvortil Steno kom 1683, og hvor han forblev til 1685.

² Muligvis det Brev til Paven, hvori Steno ansøger om Tilladelse til at rejse til Italien, og det Brev til Propagandaens Sekretær, hvori Steno omtaler denne sin Ansøgning. Dette sidste er dateret 30. Maj 1685. *Plenkers*. Side 182.

³ Novena = novemdialis devotio, en Andagt til Gud eller en Helgen, der varer 9 Dage. En meget afholdt Novene er den til Jesusbarnet „ante festum nativitatis Domini“.

⁴ Herefter maa rimeligvis underforstaas: festi nativitatis.

⁵ Denne Sfondrati er vel den samme, som Steno omtaler i et Brev fra 1683 til Lavinia Felice Arnolfini, som han har kendt personlig, og som han kalder en af sine to aandelige Fædre (*Manni*, Side 203). Det

tibus in Templo maxime sub vesperis non me opposuerim constanter in publicis concionibus et privatis colloquiis etiam minitando. Quod non serio et constanter quæquierim amotionem scandalorum concubinarum apud tres diversos, nec puniverim manifesta, ex quo potuisse tentare quod meum, illa peccata facta mea. Quod non scripserim, cum mihi indiceretur¹ de Religioso scandalose contra Papam et Ecclesiam loquuto. Non selegerim, qui me monerent, qui observarent occurrentia in locis singulis, nec aliter sollicitus fuerim de multiplicandis sacerdotibus pro necessitate subditorum, mittendis per præsidia sacerdotibus singulis mensibus, sic mea culpa mortui sine sacramentis, mortui cum sacramentis lutheranis, privati verbo salutis et Catholici et Acatholici in tot urbibus et pagis ultra biennium. Non omne studium precum, eleemosinarum, operum Deo gratorum, pœnitentię et pietatis direxerim, ut me irę Dei opponerem, ut Principem ad plura Deo gratiora disponerem; non illico me totum dederim omni conatu dignoscendis ovibus, adhibendis speculatoribus, detegendis omnibus peccatis, serio puniendis, ubi licebat et fructus major quam damnum sperari poterat. Nec frequentius insinuaverim Fidei rationes; fere semper inhérens moralibus neglexerim fructum ex Bibliotheca capiendum; non mature apud me ceperim scholarum aliquod principium, tandem ceptum morte Principis nimis præcipitanter abruperim; sororem cum nepotibus in ḥedes admiserim, tum sumptus multi in dies subtracti pauperibus. Non monuerim illico et studiosius examinaverim ludimagistrum, cum audirem, quę fierent in ḥibus ejus. Non rigorose observati Canones Ecclesię qua sexum leviorem, unde aliis occasio mala suspicandi et loquendi, qua cognatas, pœnitentes, servam, alias. Domesticorum occupationibus non attenderim, unde sepius otiosi fuerint

kan ikke være en af de mest bekendte gejstlige Medlemmer af Familien. Man kunde tænke paa Abbed Gregorius Sfondrati, en Søn af Franciscus Sfondrati.

¹ M. S. indiceret.

meditandi, conscientiam examinandi, libros spirituales legendi, aliarum actionum regulas illis non dederim, sed casui omnia fere commiserim, paupertatis mensē non studuerim. Christum in pauperculo superius apud cubiculum noluerim, sed sine eleemosina inferius miserim; duabus lacrimantibus, uni earum afferenti filiam, tam parum dedi, meis tam multa. Neglectę plurime inspirationes alię ut a Paschate circa devotiones pomeridianas in mensa et alibi. Apud ludentes in aula spectator otiosus, ad mensas magnatum multum temporis perditum, non loquendo illis necessaria ad salutem, non orando pro illis, non exercendo alias virtutes internas; et quid non potuissem interea egisse pro animabus? In admittendis ad Ecclesiam et sacramenta pénitentię et Ordinis non rigor regularum, non attentio ad cautiones propria experientia agnitas necessarias, unde propter fallaces nonnullarum circumstantiarum apparentias pro ovibus hircos admisi cum opprobrio Ecclesię; quot inde sacrilegę confessiones et communiones? Lectionis spiritualis filum diu non continuatum qua certum auctorem, qua certas regulas, unde perdita omnia bona inde mihi venienda. Sed et bona omnia neglecta ex debita attentione, intentione et oblatione. In sacro et officio frequentissimę distractiones, precipitations, etiam errores contra Rubricas¹, et quedam in sacro aliquoties qua collectas; nec memor Passionis Dominicę, semel certo semel dubie passus hostię fragmentum delabi in vestes aut terram, nec ullam pénitentiam feci secundum Canones. Meditationes multę omissę, abbreviatę, vix ulla, imo nulla bene facta. Neglecta Visitatio sanctissimi, reliquiarum, examina Conscientię, jejunia, eleemosinę, neglecta festa sanctę Dedicationis Patroni, quorum ibi reliquię.

¹ Rubrica, Rødkridt, oprindelig brugt som Betegnelse for den i Regelen med rødt skrevne Titel eller Overskrift paa et Afsnit i en Bog, bruges endnu i den katolske Kirkes Sprog for de mest med rødt skrevne eller trykte rituelle Anvisninger og Forskrifter i de rituelle Bøger. Der gives almindelige og specielle, præceptive og direktive Rubriker, som for Messens Vedkommende findes aftrykte i *Missale Romanum*.

Quid hactenus qua sensus externos¹, scilicet circa oculos commissum? In sacro versus ad populum conversi ratione adstantium an tales, vel tales, ratione rerum in altari; in officio ratione intuendi alia quam quę legi, in via, in cubiculo, in mensa. Omissum exercitium intuendi nihil sine intentione necessitatis, utilitatis, sine actu elevandi mentem ad Deum, angelos, sanctos, sine actu petendi, gratias agendi, laudandi illum.

Aures. In sacro ad alios legentes, ad campanę pulsus in officio, in via, in cubiculo, in mensa ad transeuntes et recedentes. Omissum exercitium avocandi attentionem ab aliis, elevandi se ad audiendum Deum, ad sonum campanę, renovandi ejaculatorias.

Odoratum. Omissum exercitium odoratus spiritualis.

Gustum. Commissum in cibis qua quantitatem cibi et potus, qualitatem, complacentiam in suavibus; omissum studium abstinendi a suavibus, renovandi ejaculatoria gustandi Deum. De intentione, attentione, pr̄esentia Dei non cogito, item cum quanto amore in refectione corporali illam suavitatem corporalem mihi communicat, ut in ea illum amem, et sic subtraham complacentiam a suavitate cibi ad suavitatem Dei.

Tactum. Commissum in irreverentia in assidendo, jactura temporis in calefaciendo; omissum studium abstinendi ab igne, ubi nulla necessitas; mane excitatus illico non surrexi, nec ulla preces vel erectus, vel jacens; obdormivi aliquando usque ad tertiam, nec statim, sed post aliquam moram surrexi.

Qua sensus internos phantasię quid commissum? In hęcio scilicet attentio ad imagines inutiles. Opportuno tempore quid omissum? Excitatio bonarum imaginum, exclusio omnium imaginum, adscensio de figuris ad infiguratum.

Memorię. Commissio, studium discendi ex lectione et colloquiis non necessaria. Omissio, studium renovandi memoriam Dei pr̄esentis.

¹ Inddelingen af Synderne efter de fem Sanser, *peccata contra V sensus*, der findes i Ignatiüs af Loyolas bekendte aandelige Øvelser, i Middelalderens Skriftebøger og modus confitendi, brugtes allerede af flere Kirkefædre.

Intellectus. Commissio, exercendi intellectum in meditatione neglectum studium ex visibili invisibile, ab effectis auctorem voluntatis omissa applicatio ad Deum et voluntatem Dei.

Qua motus lingue in loquela commissum, varia mala dicta de proximo de tali et talibus, varia dicta sine ulla reflexione, omissa preparatio materie, saltem per orationem ejaculatoriam; quid subtraxi proximo, qualia per me loquutus fuisse Deus, si attendissem ipsi?

Manuum et pedum impositio alterius super alterum, sordes calceorum ad altare, præcipitatus sine necessitate gressus.

Uo ! hic de me victorias jactat Satanus? Quot anime in Purgatorio et in inferno clamant vindictam, quot conqueruntur pauperes ob defectum spiritualium et corporalium? Maledictus, qui facit opus Dei negligenter². Quę ratio de tanta pecunia mihi commissa, de toleratis tot comediiis ubi impura, de tolerata tali violatione festorum jejuniorum, quod non dissuaserim iter, non miserim stabile quid pro exercitio? Dum vocarer ad characterem Episcopalem, non secessum menstruum¹ adhibui, non restiti satis fortiter characteris admissioni. Ad examen, licet non esset subeundum, sensi repugnantiam, verum superbie confusionem timentis signum.

Missus a Vicario Christi ad hęc loca non modo ad catholicos, sed ad omnes. Omnibus debitores sumus. Quid fecit s. Teresa³ Christum datura aut sanguinem? Anne ergo tantum ad confirmandos, baptizandos et consecranda olea? An potius ad omnes a peccato et errore ad veritatem et bonitatem revocandos, scilicet medius inter Deum et homines legatione fungor pro his ad Deum; ergo manus Dei versus homines, iram Dei retinens,

¹ Nyvalgte Biskopper plejede dengang, hvis det nogenlunde lod sig gøre, at trække sig tilbage før Bispevielsen, for i en Maanedstid at vie sig til aandelige Øvelser.

² 2 Jer. XLVIII 10.

³ Romersk-katolsk Helgeninde, født 1515 i Gammel-Kastilien og død sammesteds 1582. Hun var Nonne i Barfod-Karmeliterindernes Orden og genindførte den oprindelige Strænghed i denne. St. Teresa er bekendt både som Digterinde og Forfatterinde af prosaiske Skrifter, til hvilke

gratias Dei dispersans, lingua hominum versus Deum necessitates ipsorum ipsi exponens, Dei notitiam et voluntatem ipsis communicans. Sed quid mirum, quod necdum coram Deo deploravi miseriam peccatorum in locis mihi commissis, qui needum propria deflevi; et quid deflerem, qui needum attendi, ut malitiam peccati agnoscerem? Quid voluissem absolvisse, si modo moriendum? Omnia mihi communicata a Deo dona, per quę Deus potuisset magis glorificari. Voluissem quoque omnem absolvisse pénitentiam et pro me et pro mihi commissis; frequens examen beneficiorum, talentorum, munerum mihi a Deo commissorum, ut in extremo judicio cum gaudio possem eorum rationem reddere. Infructuosus fui, qui ignarus fui; Iesus me unxit ducem, misit me ad numerosum Populum, ut contra Luciferum pugnarem et regnum ejus debellarem; quam tepide, quam ignave, quam desidiose hoc feci; miserere mei. Eruisti me unicum ex tyrannide, et misisti me ad locum pugnę, et quievi. Quid in his actionibus per me, mi Iesu, contra inimicum tuum a me et aliis militibus excludendum, ex animabus, quas occupat, expellendum? Quid ad Regnum tuum, regnum veritatis et bonitatis, scientię Dei et amoris Dei, stabiendum et promovendum? Quę mihi hic arma? Quis armorum usus? Quis fervor et rigor? Propter amorem, cum quo in puncto conceptionis contra inimicum Dei bellum ęternum indixisti, regulam pugnandi et arma pr̄scripta acceptasti, necdum natus ex anima Pr̄cursoris illum exturbasti, a nativitate recens sidste hendes Selvbiografi hører. Hun blev kanoniseret 1621. Hymnen paa St. Teresas Fest begynder saaledes:

Regis superni nuntia,
Domum paternam deseris,
Terris, Teresa, barbaris
Christum datura, aut sanguinem:
Sed te manet suavior
Mors, pœna poscit dulcior,
Divini amoris cuspide
In vulnus ieta concides,

Se *Breviarium Romanum*, Die XV octobr. Hymnus in utrisque vesperis et laudibus.

innocentes ipsi surripuisti, triginta annis latenter contra ipsum prævaluisti; tribus annis publice impugnasti, committones elegisti et instruxisti, in cruce de illo triumphasti, ad pugnandum misisti; pugnantibus tecum hue usque fidelissime adstitisti; me eruisti a tyrannide ejus et ducem constituesti et ad pugnam misisti, meam ignaviam hactenus tolerasti. Miserere mei, Iesu, miserere omnium mihi commissorum, omnium, quibus quo-cumque demum titulo debtor sum. Christus eruit a tyrannide, erutos instruit et armat, pugnantes dicit, defendit, fortificat; nemo vincitur, qui non vult vinci. Eram ego in massa damnationis inter mancipia Diaboli; cum decerneret dare Deus filium suum etiam pro me, quantus ille amor? Et quid ego unquam feci in signum grati animi? Illico concepta humanitas Christi videns tyrannidem Dæmonis in humanum genus ex zelo gloriæ Patris et ex commiseratione humanæ miseriæ concepit odium æternum Luciferi, et ex illo momento non cessavit contra illum omnia agere cogitatione, verbo et opere, bellum perpetuum. Quomodo ego ad peccata concepi zelum divinæ gloriæ, commiserationem humanæ miseriæ, cœpi imitari animam Iesu in latendo intra uterum non cessantem a bello contra Luciferum. Potest mater separari a filiis cum filiorum periculo, et non sentire dolorem? Pastor ab ovibus, et prævidere oves ab omni Pastore derelinquendas, et non affligi? Et ego tam barbarus, tam crudelis, tam inhumanus, tam ferus; miserere. Agnosco peccata mea et ovium, et nec pro illis nec pro me penitentiam ago, plangam miseriam culpæ præteritæ, plangam miseriam penæ futuræ. Videor quasi abortivus expulsus a Deo, in quo nulla pastoralis cogitatio et sollicitudo ac si mercenarius, cui non cura de ovibus; miserere. Mi Iesu, tu vides omnes, quos ab æterno preparasti, ut illis ego essem tuæ manus misericordiæ vel qua temporalia, vel qua spiritualia, vel qua utraque. Tu vides, quam multis ego hactenus defui; miserere mei, miserere illis.

Sermo XL. Ostenditur, omnia ornamenta, quæ tanti a nobis estimantur, vel esse monumenta maledictionis in hominem propter laborem in ipsis preparandis, vel e contra ornamenta tum sacra, tum prophana esse signa virtutum, quas exercere debemus, et quibus movemur ad desiderandam beatificam visionem. Multa ornamenta, quæ videntur otiosa et inutilia, respectu nostri et plenitudine universi non sunt talia.

Omnis Templi et Palatii sacrorumque et secularium ministeriorum ornatus visibilis exhibit maledictionis humanæ monumenta et interni status et ornatus animarum signa et future Beatitudinis argumenta.

Quod omnis et sacer et secularis ornatus humanæ maledictionis monumentum sit, unanimi consensu fatebuntur, quotquot inspexerint labores et pericula fossorum inservientium auro argentoque ex terre visceribus hauriendo et preparando, quæ spectant aurifices, monetarii, extendententes metalla in tenuissimas bracteas, et multi alii; ubi, ut taceam labores, pericula vite frequentia sunt ex ruinis montium halitibusque intra pauca minuta suffocantibus; sanitatis vero jactura quasi universalis est ob lucernarum fuligines, aëris subterranei pondus, arsenici et mercurii, antimonii et aquarum corrodentium exhalationes, victus paupertatem aliaque; quotquot in descriptionibus Indię¹ legerint hominum infelicitatem, qui in margaritiferis conchis piscandis et ex earum putredine eruendis margaritis se emanciparunt; quotquot equa lance examinaverint, quantum laboris impendatur serico lino in usum reducendo et preparando, pellibus animalium adornandis, lapidibus pretiosis poliendis et omni ornatu visibili perficiendo. In omnibus enim allatis exemplis patet, impleri sententiam a justo judice pronuntiatam

¹ En levende Beskrivelse af de til Perlefiskeri anvendte Slavers Vilkaar, og som temmelig sikkert er den, hvortil Steno hentyder, findes i *Historia Natural Y Moral De Las Indias ... Compuesta por el Padre Joseph de Acosta ... Seuilla 1590, Side 235. Sml. Nicolai Stenonis Opera Philosophica.* Copenhagen 1910. Bind II Side 203 og Note til Linje 5 fra oven.

in Adamam et omnes ejus posteros: In sudore vultus tui vesceris pane tuo¹. Vere enim unde superbunt inique otiosi, illis vires et vitam impendunt ultra eorum laboriosi pauperes, ut necessaria vite mercentur. Sed et predictorum multa aliud maledictionis argumentum nobis praebent, quatenus producta sunt in locis non a Deo creatis, sed post maledictionem terrae factis per fissuras, rupturas, ruinas aliosque modos producendi cava subterranea, ut sunt adamantes lapidesque pretiosi omnes, quorum materia quidem cum reliqua universi materia creata fuit; ipsa vero corpora non nisi post terrae corruptionem producta sunt. Quid de margaritis dicam ostreorum morbos testantibus, que neutiquam concrevissent, si propter hominem universalis maledictionis sententia non fuisset promulgata? Quid de vermiculis visum fere fugientibus? Quid de majusculis vermiculis, ne dicam muscarum vermibus, Cocciniglia vocatis? Quid de purpuris, quid de byssso aliisque plurimis? Sane inductione singulorum, quibus omnis hominum ornatus visibilis constat, evidentissime demonstratur, ea nil esse nisi vel animalium plantarumque excrementa, morbos et mortes, vel terrae rudera ruderumque excrementa et sudores, omnia improbo labore preparata Magistro artium ventre adeoque vera humanæ maledictionis monumenta.

Quod verus usus omnium sacrorum et secularium ornamentorum sit decorum anime internum, qui in virtutum perfectione vera Dei imagine consistit, indicare, tum authoritas sacra simul et prophana testatur, tum ipse singulorum ornamentorum proprietates arguunt certarum virtutum proprietates quam exactissime referentes. Auctoritatis sacre loco innuisse sufficiat Moysen de Aaronis vestitu sacro², Psalmos, Prophetas, Cantica de Christi et Ecclesiæ ornamenti, novum testamentum de muneribus trium Regum³, de Parabolis Margarite pretiosæ⁴

¹ *1. Mos.* III 19.

² *2. Mos.* XXVIII.

³ *Matth.* II 11.

⁴ *Matth.* XIII 45—46.

et Filii prodigi¹ in gratiam recepti. Prophana authoritas in poetarum² et pictorum monumentis obvia est, ut historicos taceam, et *Aegyptiacę* sapientię ad nostrum usque tempus conservata vestigia ipsas ornamentorum proprietates scrutanti pulcherrima virtutum symbola in singulis occurunt.

Quid enim diaphanorum transparentia aliud innuit, quam quod anima sibi in memoriam revocare debeat, se totam et omnia sua peccata Dei et beatorum ęternis oculis magis pervia esse quam lucidissimus lapis et omnes in eo nubeculę et maculę pervię sunt oculis mortalibus? Unde sequitur confessionis integritas cum dolore, qualis Dei oculis semper patet. Quid durities adamantis nisi constantiam; quid viridis color nisi spem ex virescentibus virtutibus in ęternitate uberem prémiorum messem colligendi significat? Quid igneus aureusque et sanguineus fulgor nisi charitatem ad omne opus bonum ferventem divinique amoris splendore aliorum oculos perfundentem et promptam ad sanguinem ipsum lęto animo inter opprobria et tormenta consecrandum significat? Vere autem solis Principibus convenit carbunculus; ut enim suo ille colore omnia tingit, sic Principum mentibus semper observari deberet subditorum mores ad ipsorum virtutes et vitia conformari. Regis ad exemplum totus componitur orbis. Margaritarum candor puritatis indicium est. Plumę avium et quadrupedum pelles, fortiorum virorum quondam insignia, generosorum animalium exuvię erant, ut portantis animum ad fortia stimularent et spectatoribus rerum strenue gestarum testimonium ostenderent. Ut vero prędicta corporis ornamenta omnia nemo percipit, si vel externum aëri lumen vel interna vis videndi oculis defuerit, sic externum divinę gratię lumen et internam per fidem, divinam gratiam mentis³ concurrere oportet ad vera menti ornamenta rite percipienda.

¹ *Luc.* XV 22.

² M. S. Poëaturum.

³ M. S. mentis sanitas.

Hinc patet, esse infelicissimos illos principes et magnates, qui solis ornamentiis externis subditorum oculos ad lumen periturum exhilarant; mentes autem eorumdem ad eternum Christi lumen vanitatibus et peccatis exulcerant. Qui cum se populo ostendunt in ornatu Maiestatis, sibi plaudunt adeoque vane superbunt vel ob pretium rerum vere vilium, quas¹ portant, universalis maledictionis onera potius dicenda, vel ob pulchritudinem rerum ex sordibus erutarum et preparantium manus millies sordidas et deformes reddentium, vel ob intuentum admirationem commiseratione dignissimam, quod etiamnum in tam densis ignorantie tenebris harentes ad vere pretiosa et pulchra mentis aciem elevare nesciunt. Illos autem Principes solos Principis nomine dignos, qui oculis Dei et justorum illos animi characteres exhibere student, ad quorum memoriam per signa sensibilia renovandam externa ipsis a Deo data sunt ornamenta. Unde inter alia Principi scitu necessaria, symbolica rerum sensibilium notitia est ad praxim revocata, quatenus per intervalla in se ipsum oculos conjicere illico recordatur, quid quilibet ornatus significet, et cur illo loco portetur. Sic Episcopo sacras vestes induenti prescripte sunt preces recitande ad unamquamque earum, quibus a Deo gratiam petit singulis significatam. Quid autem ad vitandam internę inconstantię notam illi pro se afferre potuerint², qui vestium formis sepius mutandis autores se gloriantur, non video, nisi singulis mutationibus novos virtutum stimulos animos admoverent.

Inter alias ex sensibiliis ornamentiis percipiendas utilitates etiam frequentem eternę beatitudinis memoriam esse verbo Dei, per Dei amicos nobis tradito, docemur. Sic Ezechiel³ Propheta Christalli, Electri et Saphiri meminit, quando describit visionem similitudinis glorie Domini; sic Ioannes⁴ in descrip-

¹ M. S. qua.

² M. S. poterint.

³ Ez. I 16, 22, 26.

⁴ Aab. I 12—16, IV 2—6, XXI 11, 15, 19—21 og flere Steder.

tione Christi meminit zone aureę, aurichalchi igniti, gladii utrinque acuti, candelabrorum aureorum, et in alia visione describendo alias sedes mentionem facit Iaspidis, Sardinis¹ visionis Smaragdinę, vestimentorum alborum, coronarum aurearum, Cristalli, philarum aurearum, adornamentorum, stolarum albarum, palmarum, altaris aurei, byssini splendentis et candidi, vestis aspersę sanguine, civitatis novę sicut sponsę ornatę viro suo, lapidis pretiosi, lapidis Iaspidis, Cristalli, mensura arundineę aureę, auri mundi similis vitro mundi, Iaspidis, sapphiri, calcedonii, smaragdi, sardonichis, sardii, Chrisoliti, Berilli, Topazii, Chrisoprasii, Hiacinti, Ametisti, Margaritarum. Hęc autem omnia non, ut verba sonant, intelligenda, sed sensus sublimioris esse argumenta ex D. Paulo² discimus, dum, quę ipse viderat in sua extasi, talia esse scribit, quę nec oculus vidit, nec auris audivit, et qualia in cor hominis ascenderunt. Hinc dictorum sensum absconditum rimantes discimus predictis adumbrari pulchritudinem, perpetuitatem et evidentiam rerum ęternarum, quatenus omnes beati et Angeli et homines et omnium opera omnibus Cristalli instar patebunt, idque in luce nullas vel tenebras vel limites admittente³. Sed et opera adeo erunt patula, ut vestium nomine designentur, quę tum propter intentionis puritatem candidę, tum propter charitatis splendorem et unionem aureis zonis sunt colligate. Universalis autem illa est conclusio, qua ex omni templorum et palatiorum sacrorumque et ęcularium ministrorum ornatu inferimus: si maledictionis effectus subministrant mortalibus tot tamque pulchra, et totam hominis attentionem occupant ea ornamenta materialia, qualia erunt illa ornamenta spiritualia, quę benedictio ęterna sanguine Filii Dei empta gloriosis reservat? Et hęc sufficiunt ad demonstrandum triplicem usum lapidum pretiosorum et omnis ornamenti tum sacri, tum prophani, quatenus inde

¹ Aab. IV 3.

² 1. Cor. XIII 12 og 2. Cor. XII 4.

³ M. S. admittentes.

moveri deberemus ad dolendum de peccato, ad exercendas virtutes et desiderandam visionem beatificam.

Ex dictis sequitur, omnium ornamentorum arte preparatorum nullum hominibus futurum fuisse usum, imo nullum eorum nequidem in lucem fuisse protractum, si Adam in prima sua innocentia perstisset; unde nova questio exsurgit, cur nempe tam copiosam eorum materiam Deus creaverit¹ sine usu relinquentam, cur tot homini crediderit talenta omni exercitio destituenda. Cui questioni debita solutio extendi potest ad omnia sensuum objecta arte preparata unius verbi mutatione, pro pulchris suavia substituendo. Pariter enim cum reliquis etiam omnium eduliorum varietas, omnis instrumentalium musicalium armonia, omnes odorum preparationes eternis non quidem ignorantie tenebris, sed possibilium nunquam in actum protrahendorum thesauris delituisserent recondita.

Ut huic questioni satisfiat, admittendum quidem est, maximum rerum sublunarium partem nobis otiosam videri, 1°. quatenus earum plurimas tantum de facie cognoscimus, ut animalium plantarumque historia testatur; 2°. quatenus inferimus, ex nova specierum non ante cognitarum detectione restare etiamnum in alto mari pisces, in vastis solitudinibus animalia, in montibus et silvis plantas nulli hodie viventi vel qua speciem vel qua nomen nota; 3°. quatenus ex illis, que arti serviunt, multa integris millenis annis sine usu artificiali delituerunt, ut usus Magnetis ad navigandum, et alia olim usitata modo penitus interciderunt, ut purpura byssus, mirrhinum & et.; 4°. quatenus ex iisdem speciebus, unde ars sua seligit objecta, maxima pars sine utilitate nostra relinquitur. Quantum auri argentique et ex omni genere metallorum lapidumque pretiosorum a prima mundi creatione usque ad ejus incendium terrę visceribus latebit reconditum? Quot in sylvis ligna, in arboribus fructus putrescent nulli nec homini nec animali utiles? Quot animalia hominum usibus apta sine ullo usu pereunt? Quot millena

¹ M. S. creavit.

millia concharum margaritiferarum una cum margaritis jacent sedimentis maris sepulta? Quisquis predicta rite perpendet, tenetur admittere, rerum sublunarium maximam partem respectu nostrę notitię otiosam esse et inutilem. At vero ideo vere otiosas et inutiles esse, nemo dixerit. Aliud est considerare aliquid secundum nostrum captum, aliud intueri idem in ordine ad universam creatarum rerum seriem; eque autem a ratione alienum est inutilia ea dicere, quorum nos usum ignoramus, atque negare dari ea, quę nondum a nobis sunt observata; ut si recens in automatopœi officina Tyro negaret, alia magistro esse instrumenta, quam quę primis ibi diebus vidi, aut omnia illa instrumenta otiosa esse, quorum usum necdum didicerit. At vero ad conditorem nos vertentes illam ejus prudentiam in rebus manifeste nobis cognitis observamus, ut in tanto rerum numero et varietate imprudentię accusare nequeamus, sed cogamur firmiter tenere, ne arenulam quidem, aut pulvisculum vel deesse plenitudini universi, vel inutiliter illi adesse; unde jure de ipso Rex sanctissimus simul et prudentissimus Dauid ait¹: Cognovi omnia volatilia celi, et pulchritudo agri mecum est; et alibi²: Qui singulis stellis nomina ponit; cum tamen, solem et lunam si exceperis, reliqua multitudo cui rei serviat, mortalium nemo distinxerit. At vero nomina, quę Deus imponit rebus, sunt earum proprietates ordinatę ad integratatem universi componendam et conservandam. Sed et in Evangelio³ legimus, numeratos esse omnes capillos capitis nostri, id quod et secundum literam verum est, non quod Deus more nostro unum post alterum percurrente numerum omnium colligat, sed quod omnia in omnibus existens⁴ uno quasi intuitu omnium numerum videat. Tantum itaque abest, materiam rerum arte pérparatarum futuram fuisse otiosam, si in sua Adam perstitisset innocentia, ut ex paucitate ejus, quę artis ope in humanos

¹ Ps. L 11.

² Ps. CXLVII 4.

³ Matth. X 30, Luc. XII 7.

⁴ 1. Cor. XV 28.

usus convertitur, certissimum desumatur argumentum, non esse res illas factas propter usum, quem nos inde nobis sumimus; alias enim prudentissimus earum autor vero suo fine excidisset in earundem maxima parte. Cum vero ex aliis evidenter nobis manifestis constet, multa uni fini necessaria aliis præterea usibus per intervalla adhiberi, de artis objectis idem statuendum est, et quo loco alii inde alia parum gloriosa Autori deducunt, concludendum, vel summam¹ inde elucere prudentiam, quod res suos sibi proprios et qua ordinem necessarios fines habentes tam multiplicibus aliis usibus simul reddiderit aptos; sic in humano corpore lingua, ciborum electioni, masticationi et deglutioni necessaria, servit insuper cogitationum masticationi saltem post lapsum, cum dubitare liceat, anne ante lapsum aliis perfectior modus animi sensa communicandi fuerit analogus illi, quo angeli animę loquuntur, quod² innuere videtur cum serpente colloquium; communicamus oculis, communicamus digitis, communicamus scriptis, communicamus figuris, et quis novit, anne plures communicandi varietates in possibilium abyssō lateant? Ignis materia per omnia diffusa necessaria est ad fluidorum omnium particulas agitandas, eadem circa certas materias collecta lucet, foveat, mille usibus servit. Vis magnetica terram semper in certo ad cęlum situ conservans navium cursui dirigendo apta observata est.

Quod spectat talentorum stupendam varietatem secundum varietatem artium sensim manifestatam, nec inde quicquam Divine prætentio inconveniens elici poterit. Verum quidem est, in multis sine exercitio relinqui varia talenta, vel quod nunquam illis usi fuerint, vel quod diu neglecta tarde illa cęperint excolere, vel quod diu exercitata sine ullo imposterum usu omnino dereliquerint; sed non hoc solum in facultatibus animę artium exercitio destinatis conspicitur, sed in ipsis illis facultatibus, quę vite ex præscripto Dei dirigendę serviunt et

¹ M. S. summarum.

² M. S. quid.

qua theoriā et qua praxim. Quantus enim numerus mortalium in classe bestialium toto vītē tempore hērens vitiis discendis docendisque et exercendis omnes animē dotes impendit? Sed et multi puerorum more in solis sensibilibus toto vītē tempore morantur nūnquam perrumpentes corticem, quo ad insensibilia penetrant. Sciendum autem, easdem percipiendi et volendi facultates pro diversitate objectorum, quibus applicantur, diversas hominum occupationes constituere, quē varietas necessaria erat ad operandum cum electione, ut p̄em̄ia et p̄ene¹ jure distribuerentur. Sic iisdem auribus oculisque et eadem mentis attentione mediantibus iisdem imaginibus phantasię possum vel a gemmario lapidum pretiosorum locum productionis modumque preparationis et pretium discere, ut eandem inde artem exerceam, vel a magistro morum verum illis ex Dei consilio utendi studium, ut id vita imiter, vel a Principe superbię vanam ostentationem, ut mihi in illo ornatu stolide complaceam.

Si perstisset Adam in prima obedientia, occupationes ejus omnes fuissent spirituales; nec aliter vim percipiendi et volendi materialibus applicuisset, nisi quatenus signa essent sponte manifestantia Deum. Quod ut intelligatur, literarum p̄estabat exemplum, quas legere doctus et lingue peritus vix obiter intuetur totus verborum sensui adhērens, imperitus autem lingue et lectionis cum admiratione speculatur, si alias artificioso ductu delineatę sunt; sic in magno mundi libro singula materialia sensibilia sunt literę et characteres, quos Adam lingue hujus vere gnarus vix obiter inspiciebat, illico sensui illorum, id est divinis attributis, tota mentis attentione inhērens; id quod satis manifeste inde colligitur, quod singulis animalibus nomina imposuerit secundum naturam eorum², et quod post lapsum ad sensibilia relegatus tum demum nuditatem suam agnosceret³, nec ulla ipsi necessitas corpori sollicite prospiciendi circa aēris

¹ ɔ: p̄ennæ.

² *1. Mos.* II 19—20.

³ *1. Mos.* III 7.

temperies tectis vestibusque egeret, et mollis herba lectum præberet, arborumque selectissimarum fructus nutrimenti delicias ori eadem facilitate ac oculis afferrent. Qui autem attributa Dei in se ipso reliquisque creatis singulis intuetur, in ipsis tanquam causis sponte agnoscit effectuum plurimorum et sensibilium varietates et modos, si alias a sublimioribus objectis contemplationis ad illa tanquam inferiora sese demittere¹ voluerit. Unde licet animalium sanguine et sordibus non fædasset manus ad intestina in fides contorquenda, nec ignem excitasset ad ferrum in fila extenuandum, nec mille modis ex triplici terrestrium regno variè magnitudinis et figuræ tubulos formasset, quasi omnes tamen modos possibles aërem harmonice impellendi, quasi omnemque materiæ varietatem id generis instrumentis conficiendis aptam in vasto possibilium oceano potuisse videre, si a contemplatione spiritualium ad sensibilium imagines mentis oculos voluisset avertere. Inde vero per lapsum amisso familiari cum Deo conversandi modo et sententia maledictionis per multiplices corporis necessitates ad corporeas illum occupationes relegante vis percipiendi et volendi in mediis ad finem ducentibus sepissime subsistit, et circa minus bonum occupata summum bonum neglit. Summè autem in Deo prudentiæ vel hoc est argumentum, quod prævisa singulorum hominum in singulis occasionum circumstantiis inclinatione ab exordio creationis illam rerum varietatem atque dispositionem ordinaverit, ut persistentibus in obedientia hominibus non essent otiosa, deficientibus autem ab illa præberent occasionem ex arbitrio vel pergendi in obedientia vel paratam semper gratiam recipiendi, semper autem delicti penam tolerandi; quæ omnia eo fine a me proposita sunt, ne artificiosa suavium preparatione inescati maledictionis effectus votorum nostrorum summam faciamus.

¹ M. S. dimittere.